



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Thomas Worthingtonus senior. n. 38.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

arque ut ego interpretor, cœlestis) tertio Octobris 1616. Dominationi 1602.  
Veltræ addic̄tissimus Laurentius VVorthingtonus.

Anno deinde decimo octavo exul, Louanijs Leodijque Theologos & Scripturam explicauit, & in Austria Græcij; vnde cum Duce Lotharin-  
giæ, & Principe Casimiro rediens in Belgium, inter militum signa hau-  
titâ ægritudine, diem clausit extremum, circa annum huius seculi trige-  
simum septimum.

XXXVIII. Thomas VVorthingtonus horum Patruus, licet in Societate longè posterior, suaſor tamen & administer itineris & melioris educationis & disciplinæ, nepotibus adiungendus videtur, quando horājvn-tonus, ho-  
decimā vocati pares sunt quandoque cum primis Honestè in literis educatus, us.  
vbi adoleuit prauorum dogmatum odio pertul̄s Oxoniensis Academiæ,  
sponte sua migravit Duacum & Rhemios. Hic Laureâ Philolophicâ do-  
natus, sacroque inauguatus Sacerdotio, moderatorum consilio migra-  
uit in Angliam, & perutilem aliquamdiu nauans operam, ab adolescenti-  
te quenq; multis deuinxerat officijs proditus, in Arcem Londinensem ve-  
luti maleficij cuiuspiam reus compingitur, vincitur, & ad duos menses in  
subterraneo specu grauissima perpessus est incommoda. Mensibus lex elap-  
sis, vñā cum Gaspare Heywood, alijſque circiter viginti constantissimis  
Christi Confessoribus deportatus in Gallias, exilium in Religionis Ca-  
tholicæ ornamentum Patriæque multiplex subsidium convertit. Etenim  
anno octogesimo octavo Augustæ Treuirorum Sacrae Theologiae Doctor  
renuntiatus, haud multo post Rhemis in Anglorum Seminario Theolo-  
giam quæ n oribus instituendis traditur profensus est; Fuit deinde cum  
Thoma Stapletono in negotijs Angliam spectantibus Nuntio Apostolico  
Bruxellis commoranti à consilijs: Tum Barretto Duaceni Collegij Prä-  
fidi è viuis sublato successor: Quod Collegium amplis auxit ædificijs, &  
honestauit veteri testamento lingua vernacula edito & notis Orthodoxis  
illustrato; Alijs etiam lucubrationibus in lucem datis, quas videre est a-  
pud Pitzeum, & Alegambe. Auctus demum Protonotariatus Apostolici  
dignitate & Präsidis munere deposito, ætate iam graudæua ad Societa-  
tem (cui & Persono fuerat semper coniunctissimus) adiiciens animum,  
ab Richardo Blondo Prouinciale cooptatus, lucis huius usuram reliquit  
sesto fece Tyrocinij Menle; Vir in omni vita summæ integratatis & in-  
nocentia, & qui in Scholis doctior, quam rerum administrandarum  
aut morum informandorum moderandorumque peritior habebatur.

XXXIX. Thomas alter Stannæus honesto loco in Diœcesi Sariburi-  
ensi natus, post duos annos Philosophiæ, & duos moralis Theologiæ in Stannæus.  
Anglicano de vībe, adscriptus in Societatem anno uno ante VVorthing-  
tonos, & in Angliam destinatus, in trium Martyrum Laicorum Coronis glo-  
riatur, quos ipse ad pietatem & constantiam instituerat, Swithini VVells, Ro-  
dulphi Miller, & Laurentij Humphredi, & non paucorum centenorum in  
N n 3 fidei